

FK. 126

22

*De Poetarum honore et praestantia*

II d  
48

X 185 9880

BENEVOLO LECTORI  
S. P. D.  
eundemque  
Ad  
ORATIONEM SOLEMNEM,  
DE  
DIGNITATE  
POETICES

In Auditorio Maiori,  
primordii auspicato capiendi causa,  
more institutoque Maiorum,  
habendam,  
quanta potest observantiae humanitatisque  
significatione,

invitat,

M. IO. GVILELM. BERGERVS,  
HALA, SAXO.

---

VITEMBERGAE,  
EX OFFICINA CREVSIGIANA.





Decreto Platonis, obrectationis nomine quibusdam suspecto, si qui offensi sunt Poetae, nec perpenderit satis, his sapientiae magistris ne opus quidem ei fuisse civitati, quae omnibus virtutum numeris absoluta fingeretur: hi, nisi nos fallunt omnia, cum illo facile redibunt in gratiam, si meminerint, eundem, qui lascivi moris exemplo perniciose quorundam ingenia e finibus suae exterminavit reipublicae, reliquos filios Deorum interpretesque, & parentes sapientiae ducesque, appellasse. Quod quidem tam amplum testimonium iudicii non parum miraremur, si aut Epicuri, probi cetera sapientis-que viri, opinioni relinqueremus locum, cui, ab rhetoricis si discesseris, hanc potissimum artem forduisse, aiunt; aut Torquatum audiremus, qui, nescio quam puerilem, in Poetis delectationem quaesivit; aut assentiremur Lepido, qui apud C. Tacitum studia haec, tanquam inania & fluxa, incessit; aut Eratosthenis moveremur convitio, qui, Strabone quamlibet invito, nil, praeter aniles quasdam fabulas, Poetis tribuere ausus est; aut, praeter Tanaqu. Fabrum, accederemus aliis, quibus ludus iocusque, & otiosum est commentum, quicquid Poetarum monumentis continetur. At quo minus putemus, honorem Poetis insolitum haberi, praeclara ultimae antiquitatis sententia impedit, qua constat inter omnes, Poetas animis Deo tantopere coniunctos, ut divino excitari afflatu crederentur, sanctosque fuisse habitos, & vates cum sapientibus dignitate exaequari consuevit, neque inter poeticam & philosophiam interfuisse aliud, quam quod altera doctrinas quibusdam fabularum integumentis involveret, altera easdem traderet apertas. Dicant pro me, ne Democritum Platonemque commemorem, ipsi vates, qui fatentur, se divino quodam spiritu afflari, hancque agat causam tam M. Cicero, qui Ennii auctoritate sanctitatis laude afficit Poetas, quam Fabius, cui cum musicis philosophisque paria faciunt, ac Maximus demum Tyrius, interior ille reconditae antiquitatis investigator, qui poetam a sapiente sola aetate docendique ratione distinguit, pariter ac Lactantius, non magis dicendi, quam antiquarum rerum, natus, memoriae prodidit, Poetas, nondum orto philosophiae nomine, personam sapientum amplitudinemque gessisse. Nimirum, si Marium sequimur Victorinum, de sententia veterum philosophia est omnis in duas divisa partes; quarum altera, Physicae nomine insignita, res divinas, altera, Ethicae appellatione discreta, humanas pertractat. Haud secius, ac Pythagoras, Strabo, & Maximus Tyrius, eandem in divinarum, humanarumque rerum, vel cognitione, vel scientia, collocarunt. Quas quidem sapientiae partes, per alias atque alias disciplinas ac scientias longe lateque fusas, si cogitatione percurro, & rerum momenta, quae versibus exposita sunt, contempler acrius, eademque ad suam quodque sedem revocare paro; intelligo primum, tantum abesse, ut vllum philosophiae locum, docti hominis cognitione dignum, ignorarint Poetae, ut eandem potius philosophos docuerint, qui modo insignibus sapientiae praeceptis libros ornarint suos, modo eandem ex instituto explicarint; tum, aut inscitiae notam, aut iudicii, obrectandi libidine corrupti, exprobrationem ab intelligentibus metuendam fuisse Philosophorum Coryphaeo, nisi tam magnifice de Poetis existimasset. Primum in Graecia vestigium facio, a cuius fontibus omnis in Latium disciplina dimanavit, proferoque in medium Homerum, ingenio sine exemplo maximum, tantaeque virum doctrinae, ut Socrates, Plato, atque Aristoteles, quemadmodum apud Dionem Chrysostomum ac Themistium legimus, dicerentur eius discipuli, & libros de philosophia eius scriberent Porphyrius ac Phavorinus, nec dubitaret disquirere Aristocles Messenius, Homerusne, an Plato, praestantior esset? atque ipse demum Dionysius Halicarnassensis contenderet, ab Homero cum aliam eruditionem omnem, tum perfectissimam philosophandi scientiam, profluxisse. Quamvis autem ad dignitatem sapientiae poeticae asserendam satis fuerit, fateri plerosque veterum, omnem Graeciae philosophiam ab illo, qui solus dici Poeta meritus est, manasse: credo tamen, si excidisset ex hominum memoria Homerus, futuros nihilo secius poetarum multos, quorum nullus quidem temere ad Homeri fastigium aspiraret, atque alius alium ingenii doctrinaeque anteiret gloria, omnes tamen res tam egregias suis aspergerent libris, ut vel summum quemque philosophum invitarent ad legendum, & plurima edocerent. Ita sentio, cum in mentem venit Hesiodi, in quo caeli siderumque, & rerum, in naturae recessibus retrusarum, peritiam, tum lectissimas vitae morumque, ac rei familiaris, praeceptiones, qui observat minus, is nimirum nihil observat: cumque, uti quemque subiecerit memoria, recogito, praeter ceteros, Aratum Solensem, Nicandrum Colophonium, Dionysium Alexandrinum, Oppianum Cilicem, eiusque non indiligentem, Philen, viros, si qua numerorum vitia in postremo horum emendes, & carminis laude claros, & doctrinis, quae ad varias philosophiae partes respiciunt, refertos. Nam Aratus statos orbium caelestium cursus, motumque siderum, & tempestatum signa, persequitur studiose: Nicander rerum naturalium scientiam, medendique usum, non levibus comprobatur remediis, ostendit: Dionysius terrarum locorumque ingenia, & gentium nationumque mores, describit: Oppianus, perelegantis vir ingenii, multa de piscibus ferarumque naturis tradit singularia, quae ne ipsi quidem Aristoteli, aut

aut Aeliano, displicere potuissent: Phile demum, aetate multo inferior ille quidem, nec tamen frugi expertus, multa animalium propria exprimit. Idem tamen, quod dixi, hoc reor confidentius, quo propius intueor Tragicos veteres, Aeschylum, Sophoclem, Euripidem: quorum alterius abditam quandam sapientiam soli perspiciunt docti, alter nil alieno locutus tempore fertur, tertius tot Ciceroni testimonia, quot versus, annumeravit, nomenque scenici philosophi ab exquisitae praecipit doctrinae adeptus est, omnes vero illustribus casuum humanorum documentis regiam instruunt fortunam, & gravitate sententiarum publicae profunt vitae, nec minori cura ius illud naturae gentiumque commune illustrant. Expendas, quaeso, iam studia Comitorum: nil equidem subvereor, ne parum ab iis disci queat, qui potissimum quidem ad privatae consuetudinem vitae oculos referunt, cum civilistamen iuris intelligentia prudentiam, cuius thesauros civilis aperit philosophia, coniungunt, ac vitam adeo omnem praesentibus, atque efficacibus, rerum exemplis ad decorum, in usu quotidiano familiarique servandum, informant. In promptu est Aristophanes, elegantiae Atticae, incertum, an prudentiae, commendatione insignior, quem, nemo mirabitur, Dionysio missum a Platone commendatumque esse, qui norit, quanto idem iudicio patriae statum reipublicae expresserit, si qua licentiae veteris comoediae concedantur. Nec vero nos Menandri Philemonisve tanta cepit oblivio, quin recordemur, alterum coarguendis modeste vitiis docuisse virtutes, alterum cordatas frugique sententias vitae utilitati commodoque approbasse. Digna etiam, opinor, quae sapientissimus quisque maximi faciat, inveniemus, si excutiamus Pythagoram, Phocylidem, Theognida, & Callimachum cum primis Pindarumque; illa cognoscemus certe, quae animum ad divinarum rerum exsuscitent cogitationem, & pulcerrimarum doctrinarum impleant copiis, acriusque, quam vllae sapientum voces, ad honestatis amorem inflamment. Sed refero e Graecia pedem, quo non accessi, ut omnium memoriam vatum replicarem, verum eo veni consilio, uti exemplis quibusdam, altius repetitis, facerem planum, minime expertes esse philosophiae Poetas, idemque nunc facilius de Latinis, disciplinis Graecorum innutritis, comprobarem. Principio ad Livium Andronicum, qui primus Latinas docuisse fabulas memoratur, C. Naevium, Q. Ennium, eiusque contubernalem, Caecilium Statium, Pacuvium, L. Attium, Atilium, C. Lucilium, viriorum insectatorem acerrimum, animum converto. Quos ex iis, quorum perpauca sunt reliqua, colligimus, verbis quidem esse rudes, nullaque expolitos arte, sensibus tamen praestantes, passimque celebres, & Graeci nominis aemulatione tantopere incensos, ut alter videri Homerus voluerit Ennius, Stadiusque a Menandro vix deiecerit oculos, tantique a veteribus habitos, ut Cicero, aliique, eorum dicta tradiderint memoriae, nec secus, ac magni voces momenti, crebro laudarint. Relinquo in medio Plautum ac Terentium, quorum utrumque, nemini obscurum est, non plus salis, quam doctrinae, ex intimis philosophiae adytis depromptae, habere, alterum praecipue, morati honestate iudicii potioem, cuius insitam quandam sapientiam hoc perspexit altius, hocque magis in oculis tulit, magnus ille Desiderius Erasmus, quo diligentius hunc comicum trivit. Ad Maronem autem cum festinem, divini opus ingenii veneror, nec miror, versibus eius in theatro recitatis, univsum consurrexisse populum, qui certum habeam, si revocatus in vitam Homerus aemulum legat suum, fore, ut admiretur peracre limatissimumque hominis iudicium, qui multa, ab eo accepta, fecerit meliora. Adeo nihil praeteriit Maronem, quod vel cognosci, vel agi, vellet Graecia, neque eum libri solum otiumque erudierunt, sed ipsius etiam aulae usus, & virorum principum familiares sermones, excoluerunt. Nil ut miremur, si cum alibi, tum libro potissimum sexto, tam egregie philosophetur, qui omnia sapientum placita habuit in numerato, & Senecam, hominem Stoicum, fere totum trahat Epicuri amicus, in quo tantae prudentiae opes sitae sunt, sique Aeneida suam tot regendi virtutibus, & belli togaeque artibus exornet, qui vivam spirantemque administrandae reipublicae disciplinam didicerat ex Imperatoris convictu. Iam eruditos non fugit, quantum fuerit Horatius, quamque non alio, quam excellentis ingenii, nomine Augusto, ac Maecenati, percarus, cuius monumenta posteritati produnt, eum altum divinumque animi habitum a poeta non postulasse magis, quam possedisse, nec poetices magis, quam critices, fuisse scientem, omniumque scita familiarum memoria tenuisse. Tantum igitur Latii decus haud inique opponi potest Pindaro, nec parva sententiarum ubertate anteferri, neminemque non ad se allicit, allectumque retinet, qui Venusinum vatem evolvit, iudicio ad legendum philosophiae antiquitatisque cognitione tam praeparato, ut pervideri recessus eius possit. In eius Sermonibus cum non exiguum corrigendi moris momentum ponam, tum recordor non minus Persii, quam Iuvenalis: quorum in altero uti exprobratum obscuritatis vitium defendo minus, ita mirificum philosophandi studium agnosco; alterum pestes boni moris corruptelasque multo acrius video exagitare, & Lubino tantopere opportuno docendi instituto placuisse, ut factus sit ille, se ex vna huius Satira, quam ex omnibus ad Nicomachum libris, plus profecisse. Longius a Nasone abfui, cuius si nihil ad nostram mansisset aetatem, praeter admirabile Metamorphoseon opus, eum, tamen contenderemus, adeo fugisse nihil eorum, quae nobilissima quaeque ingenia a turba distingvant, ut ea quoque a natura habuerit bona, quae aliorum optatis nulla unquam indu-

stria

174  
stria conciliarit. Quod si mente repetamus Papinium Statium, Lucanum, Silium Italicum, Clau-  
dianum, aliosque his superiores, parum nos fallit sane, quanti ab imperitis hi fiant. Nec tamen id  
scimus minus, summos saepe viros non temporis forte fallendi causa argutas quasdam nugas, lepi-  
dasve fabellas, sed pragmaticas artes, atque abstrusum civilis prudentiae pondus, in iis, horumque  
similibus, supra opinionem vulgi quaesisse identidem, & cum admiratione invenisse. Neque  
vero hi obstiterunt adeo, quo minus isti tam cumulos elegantis doctrinae thesauros ignorare  
perseverarent, qui eos insolentius aspernarentur. Scio, me conturbare temporum rationes, si  
Lucretium nunc referam demum. Mihi tamen pro instituti modo perinde in praesens fuerit,  
quo demum cunqve loco reponatur, modo iis cadat sub oculos, qui naturae interpretem, nume-  
rorum legibus illigatum, requirant. Idem si poscant rei Astronomicae peritos, contueantur Ci-  
ceronem, Germanicum, speciatimque Manilium & Avienum: si herbarum, rei que medi-  
cae scriptores, ad Aemilium Macrum, & Serenum Samonicum, accedant. Verum quo plures  
& circumspicio & expendo Poetas, quorum potiores tantum attigi, hoc magis eorum sapientiam  
vereor, hocque minus videtur mirum, poetice non modo primam quandam philosophiam vo-  
casse veteres, verum solum etiam poetam dixisse sapientem, id quod vir, in primis magnus, Stra-  
bo, scriptum reliquit. Hoc minus etiam miror, maximos Reges Imperatoresque in familias asciv-  
isse poetas, eorumque in gravissimarum conatu rerum consiliis usus fuisse, & Augustum adamasse  
Maronem, atque Horatium, Domitianum Iuvenalem & Statium, Bassianum Antoninum Oppia-  
num, Numerianum Nemesianum, Arcadium Honoriumque Claudianum; multoque ante Afri-  
canum superiorem Ennium, Marium Archiam, Lucillum L. Plotium, Pompeium Theophanem  
Mitylenaeum; sique revertamur ad Graecos, Polycratem, Samiorum tyrannum, Anacreontem,  
Hieronem Aeschylum Simonidemque, Dionysium iuniorum Philoxenum, Antigonum Macedo-  
nem Antagoram Rhodium, atque Aratum, neque Alexandrum sine Homero quietem capere vo-  
luisse. Nec miror iam Divinum Paullum in Arato, Epimenide, & Menandro, operam posuisse,  
& tam veteres Graecos Latinosque Christiani nominis doctores, quam oratores, virosque in repu-  
blica versatos, in eorundem studio hominum multum otii contrivisse. Tanto demum minus  
difficile puto, illorum coarguere errorem, qui poesein ob fabulas respiciunt, quibus & antiquam oc-  
culi philosophiam, scite dissertatione altera declarat Maximus Tyrius, & plurimum utilitatis tri-  
buit Dionysius Halicarnassensis, scriptor alioque, si quisquam, gravis, cum aliae naturae opera alle-  
goriis contineant, aliae humanis calamitatibus afferant consolationem, aliae terrores animorum-  
que perturbationes a nobis depellant, opinionesque parum honestas evellant ex animis, aliae sint  
alterius cuiusdam commodi gratia inventae. Praeclare igitur vir, nostrae memoriae clarissimus,  
I. H. Boeclerus: Vitium, inquit, saeculi est, quod hodie non intelligimus, quanti philosophi sint  
Poetae: siue etiam non audemus dicere. Arcana haec est eruditorum disciplina: cui Grotius  
tantum debet, ut non alii magis. Quo vehementius lactor, licere mihi in posterum cum viris  
tam sapientibus quam familiarissime versari, quos, Plinii iunioris exemplo, revereri semper con-  
suevi, qui ne ipse quidem nescirem fortasse, omnem a Poetarum ingeniis doctrinam ad philoso-  
phos oratoresque permanasse. Hanc enim, credo, commoditatem illa afferet persona, quam Dei  
immortalis beneficio mihi impositam esse intelligo, eiusdemque praesidio, & omni virium con-  
tentione, in Illustri hac Academia posthac sustinere studebo. Quippe cum divini, quod tempo-  
rum hominumque fata dispensat, Numinis auspicio evenerit, ut Serenissimus ac Potentissimus  
**DOMINVS, DOMINVS FRIDERICVS AVGVSTVS**, Rex Poloniae, Magnus  
Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kyoviae, Volhyniae, Podoliae, Podla-  
chiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, & Czernichoviae, Dux Saxoniae, Iuliae, Cliviae & Mon-  
tium, Angriae & Vestphaliae, S. R. Imperii Archimareschallus, & PR. Elector, Landgravius Thu-  
ringiae, Marchio Misniae, superioris atque inferioris Lusatae, Burggravius Magdeburgicus, Co-  
mes Principalis Hennebergicus, Comes Marcae, Ravensbergi, & Barby, atque Dynasta in Raven-  
stein, & reliqua, & reliqua, Dominus ac Nutricius Noster multo Clementissimus, singulari Regiae  
Gratiae argumento mihi, vna cum aliis a publico huius Academiae Consilio solemniter demissis-  
simeque nominato, illud crediderit munus, quod rei Poeticae dignitatem tuetur, neque a meis stu-  
diorum rationibus abhorret. Eius igitur quo auspiciatum, & maiorum consuetudini coniunctum,  
capiam initium, *de Poeticae dignitate* publice disserere ingrediar, productis in medium exem-  
plis, quae Graecia Latiumque suppeditabunt. Quam quidem, crastino, si Deus fieri, die insti-  
tuendam dicendi celebritatem ut Magnificus Academiae Rector, Perillustres L. Barones, Vene-  
randi Amplissimi que Patres, Viri reliqui O. O. H. & Generosi perquam Nobilissimi que Cives, atque  
Hospites, suo ornare conspectu ne dedignentur, quanta possumus observantia atque humanitate,  
universos ac singulos rogamus. Nec vero non pollicemur persancte, fore, ut acceptum tam in-  
signe beneficium gratissima complectamur memoria, & maximopere laetemur optatissimo tem-  
pore, quo vel obsequii, vel officii benevolentiaeque, religiosa quadam promptaque approbatione  
vllam referre gratiam queamus. P. P. DOMIN. XV. POST TRIN. A. R. S. cl. I. C.



Decreto Platonis, obtreccionis nomine quibusdam suspecto, siqui offensi sunt Poetae, nec perpenderunt satis, his sapientiae magistris ne opus quidem ei fuisse civitati, quae omnibus virtutum numeris absoluta fingeretur: hi, nisi nos fallunt omnia, cum illo facile redibunt in gratiam, si meminerint, eundem, qui lascivi moris exemplo perniciose quorundam ingenia e finibus suae exterminavit reipublicae, reliquos filios Deorum interpretesque, & parentes sapientiae ducesque, appellasse. Quod quidem tam ampli testimonium iudicii non parum miraremur, si aut Epicuri, probi cetera sapientis-

que viri, opinioni relinqueremus locum, hanc potissimum artem forduisse, aiunt; aut Torquatum, in Poetis delectationem quaesivit; aut assentiremur illi, quae, tanquam inania & fluxa, incessit; aut Eratosthenis movere, tanquam inania & amlibet invito, nil, praeter Fabrum, accederemus. At quo minus putemus, horum monumentis contentum, quod clarum ultimae antiquitatis, re coniectos, ut divino excitari afflatu crederentur, sanctosque, quibus dignitate exaequari consvesse, neque inter poetice & philosophiae, quod altera doctrinas quibusdam fabularum integumentis involvas. Dicant pro me, ne Democritum Platonemque commeritino, quodam spiritu afflari, hancque agat causam tam M. Cicero, quod afficit Poetas, quam Fabius, cui cum musicis philosophisque, Tyrius, interior ille reconditae antiquitatis investigator, quod tendique ratione distinguat, pariter ac Lactantius, non magis, narus, memoriae prodidit, Poetas, nondum orto philosophiae, plitudinemque gessisse. Nimirum, si Marium sequimur Victoriam, philosophia est omnis in duas divisa partes; quarum altera, Physicam, a, Ethicae appellatione discreta, humanas pertractat. Hanc, maximus Tyrius, eandem in divinarum, humanarumque rerum, carunt. Quas quidem sapientiae partes, per alias atque alias, fusas, si cogitatione percurro, & rerum momenta, quae verius, eademque ad suam quodque sedem revocare paro; intelligo, in philosophiae locum, docti hominis cognitione dignum, igitur, philosophos docuerint, qui modo insignibus sapientiae praecedem, ex instituto explicarint; tum, aut inscitiae notam, aut exprobrationem ab intelligentibus metuendam fuisse Philomagnifice de Poetis existimasset. Primum in Graecia vestigium, atium disciplina dimanavit, proferoque in medium Homerum, n, tantaeque virum doctriinae, ut Socrates, Plato, atque Aristoteles, em Chrysostrum ac Themistium legimus, dicerentur eius, s scriberent Porphyrius ac Phavorinus, nec dubitaret disquirent, an Plato, praestantior esset? atque ipse demum Dionysius Hieronymus, pro cum aliam eruditionem omnem, tum perfectissimam poeticae dignitatem sapientiae poeticae assereret, Quamvis autem ad Graeciae philosophiam ab illo, qui solus dicere, terum, omnem Graecorum nullus quidem te hominum memoria Homerus, futurum, e anteiret gloria, omnes mere ad Homeri fastigium aspiraret, aut philosophum invitarent tamen, si excidisset ex Hesiodi, in quo caeli firmamentum, & siderum, & terrarum, & aeris, & ignis, & aquae, & elementorum, & rerum, in naturae recessibus, ac rei familiaris, praeceptiones, quae observat minus, is nimirum nihil observat: cumque, uti quemque subiecerit memoria, recogito, praeter ceteros, Aratum Solensem, Nicandrum Colophonium, Dionysium Alexandrinum, Oppianum Cilicem, eiusque non indiligentem, Philen, viros, si qua numerorum vitia in postremo horum emendes, & carminis laude claros, & doctrinis, quae ad varias philosophiae partes respiciunt, refertos. Nam Aratus statos orbium caelestium cursus, motumque siderum, & tempestatum signa, persequitur studiose: Nicander rerum naturalium scientiam, medendique usum, non levibus comprobatur remediis, ostendit: Dionysius terrarum locorumque ingenia, & gentium nationumque mores, describit: Oppianus, perelegantis vir ingenii, multa de piscibus ferarumque naturis tradit singularia, quae ne ipsi quidem Aristoteli, aut



is nimirum nihil observat: cumque, uti quemque subiecerit memoria, recogito, praeter ceteros, Aratum Solensem, Nicandrum Colophonium, Dionysium Alexandrinum, Oppianum Cilicem, eiusque non indiligentem, Philen, viros, si qua numerorum vitia in postremo horum emendes, & carminis laude claros, & doctrinis, quae ad varias philosophiae partes respiciunt, refertos. Nam Aratus statos orbium caelestium cursus, motumque siderum, & tempestatum signa, persequitur studiose: Nicander rerum naturalium scientiam, medendique usum, non levibus comprobatur remediis, ostendit: Dionysius terrarum locorumque ingenia, & gentium nationumque mores, describit: Oppianus, perelegantis vir ingenii, multa de piscibus ferarumque naturis tradit singularia, quae ne ipsi quidem Aristoteli, aut

